



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio prima. Vtrum peccatum sit causa mali seu peccati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

completè ponitur culpa. Aliis autem positis sine ipso nihil est culpabile, ergo &c.

7 A D primum argumentum dicendum quod non est simile de actu exteriore, & de cogitatione interior, quia virtus prior manet in posteriore & non conuenerit, & ideo in opus sequens voluntatem redundat culpabilitas voluntatis, no autem in cogitationem precedentem nisi assensus eius subiaceat imperio voluntatis sicut est in peccato infidelitatis, tunc enim assensus cogitationis in his que sunt fidei contraria culpabilis est.

8 Ad secundum pater responsio ex iam dictis.

Sententia huius distinctionis. xxxvi.

in generali & speciali.

Sciendum tamē est. Superior Magister posuit opinionem circa peccati quiditatem. Hic mouet circa hoc incidentem questionem. Et primo facit hoc. Secundū circa determinata mouet aliam dubitationem. Tertiū recapitulat determinata. Secunda ibi, Illud autem diligenter adnotandum est. Tertia ibi, satis diligenter eorum. Prima diuiditur in duas. Primo ostendit quod peccata sunt pena peccatorum. Secundo inquirit per quem modū. Secunda ibi, & ideo meritū queritur. Haec secunda diuiditur in tres. Primo proponit unum modū quo modo peccatum posset dici pena peccati. Secundo excludit quandā dubitationē. Tertiū ponit aliū modū quo modo peccatum posset dici pena declarando in omnibus peccatis generaliter & in quadam specialiter. Secunda ibi, & licet ex hoc sensu. Tertia ibi, in nullo autem praividicium. In hoc terminatur sententia & diuisio lectionis in generali.

9 IN speciali sic procedit Magister. Et proponit primum quod peccata quādam sunt pena peccatorū, esse enim peccatum vel est peccatum & causa peccati, vel peccatum & pena peccati, vel peccatum & causa peccati & pena peccati. Postea querit quomodo hoc sit possibile, cum enim omnis pena peccati iusta sit & Deo sit, si peccatum in quantum peccatum pena est. & Deo est. Si autem non est pena in quantum peccatum est, sed ratione sui effectus qui est corruptio quādam non est peccatum in quantum peccatum est pena: sed effectus peccati est pena. Postea dicit quod secundum hunc sensum omne peccatum dicit penam, sed non omne peccatum est pena peccati. Sed illa solum peccata dicuntur pena aliorum peccatorū quae caufantur ab aliis. Sanē tamen intelligendum est non ipsa peccata, sed ipsorum effectus penas esse ut dictū est. Postea dicit quod alio modo potest intelligi quod quādam peccata essentia liter pena sunt, non tamen in quantum peccata sed in quantum pena à deo sunt. Et hoc confirmat per Aug. qui dicit rebellionem carnis ad spiritum penam est & iudicis infligunt. Magister autem dicit quod quādam peccata scilicet principalia dicuntur pena quia penalem habent passionem annexam, sicut ira & inuidia, quae tamen passio non debet dici peccatum. Postea dicit quomodo debet intelligi quod Aug. dicit quādam peccata fieri ex necessitate cum Hier. dicat semper esse in potestate hominis peccare & non peccare. Et respondet quod Aug. ibi, de venialibus loquitur & non de mortalibus. Supposito tamen adiutorio gratiae, vel alterius, sicut Hiero. loquitur secundum statum hominis ante peccatum Aug. autem post peccatum. Ultimō vero recapitular prae determinata in parte precedenti. Et dicit quod omnes actus in quantum sunt boni, sunt à Deo. Alii autem actus boni sunt non solum quantum ad esentiam actus, sed etiam ex genere vt dare elemosynā indigentis. Alii autem sunt boni quādam ad esentiam actus & quantum ad genus, & quantum ad causam, quia sunt ex bona voluntate, & propter finem, & isti sunt perfecti boni. Et in hoc terminatur, &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum peccatum sit causa peccati.

Tho. I. 2. q. 75. ar. 4.

Circa distinctionem istam queritur primo, vtrum peccatum sit causa peccati. Et videtur quod non, quia pena sunt medicina, vt dicitur. 2. Ethic. Et in. 10. eiusdem dicitur quod pena sunt inducita per eas homines reducantur in bonum virtutis, sed per peccatum non reducitur homo in bonum virtutis, sed in oppositum, ergo &c.

Sancto Porciano

catum causaret, peccatum saceret sibi simile, ergo &c.

2 Item motus non est motus, quia est processus in infinitum, vt dicitur. 5. Physic. ergo per eandem rationem peccatum non est causa peccati: quia est processus in infinitum, quia qua ratione vnum peccatum est causa peccati alterius, eadem ratione & illud aliud cuiusdam alterius & sic semper.

3 IN contrarium est, quia ex actibus peccatorum causatur habitus malus: ex habitu malo caufantur actus malefici & vicii, ergo a primo ad ultimum ex peccato causatur peccatum.

4 R E S P O N S I O. In peccato omissionis est solus defectus, in peccato autem commissoris est actus & defectus. Considerando ergo peccatum ratione solus defectus, contingit vnum peccatum esse causam alterius per accidētē, s. per modum remouentis prohibens, quia quod inclinat in vnum prohibet motū in contrarium. Sed gratia inclinat ad bonum sine gratia sit bonus habitus creatus, siue beneplacitum speciale Dei: ergo prohibet motum vel lapsus in peccatum. Sed defectus peccati est priuatio gratiae, non quidem effectus, sed meritorie, vel concomitans, ergo peccatum est causa motus, vel lapsus in quocunq; aliud peccatum, sicut remouens prohibens: hoc autem solum est verū de primo peccato quo priuatur gratia, quia per sequentia peccata gratia non tollitur.

5 Si autem consideretur peccatum quoad actum, sic vnum peccatum potest esse causa alterius, per modū causae finalis, efficiētis & materialis. De causa finali pater sic illud quod habet rationem eminentioris boni, respectu alterius potest habere rationem finis respectu eius, sed vnum peccatum potest habere rationē eminentioris boni respectu alterius, ergo &c. Minor probatur: aliquis enim credit bonum esse forniciari, quia tamen non potest hoc facere nisi det, dare autem non potest cum sit pauper, nisi fuerit: per consequens eligit furari. De causa vero efficiētis pater similiter, quia illud quod est dispositio inclinans caufam agentem ad similem actum est aliquid modo causa efficiens illius actus: sed vnum actus peccati est dispositio inclinans ad similem actum, alia non nunquam ex actibus caufaret habitus, ergo &c. Dico autem aliquo modo, quia non est causa agens, nec ratio agendi, sed quodam dispositio proritatis ad similem actum. De causa vero materiali pater idē, quia obiectum circa quod exercetur actus habet rationē materiae, respectu eius, sed actus vnius peccati est huiusmodi respectu alterius peccati, pugnatur enim de actibus venereis, ergo &c. Hic autem materia vocatur transsumptiuē obiectū, quia non est materia in qua vel ex qua, qua propriē habent rationem materiae, sed est materia circa quam. Secundum vero genus cause forma lis vnu actus peccati non potest esse causa alterius quia forma non est forma propriē loquendo.

6 A D primum argumentum dicendum quod sicut peccatum non sit aliquid perfectū in genere moris, est tamen aliquid perfectū secundum esse natura. Et ideo quoad hoc potest esse causa alterius peccati per se, quia ad defectū autem moralem solum est causa vt remouens prohibens.

7 Ad secundum dicendum quod peccatum in quantum peccatum non est causa peccati, sicut nec motus est causa motus in quantum motus, nihil tamen prohibet aliquid peccatum esse causam alterius secundum aliquod speciale respectum, in eo scilicet, quia remouet prohibens, vt primum peccatum per quod amittitur gratia, vel ratione specialis habitudinis actus ad actum modis quibus dictum est.

QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum peccatum sit pena peccati.

Tho. I. 2. q. 87. ar. 2.

Secundū queritur, vtrum peccatum sit pena peccati. Et videtur quod non, quia pena sunt medicina, vt dicitur. 2. Ethic. Et in. 10. eiusdem dicitur quod pena sunt inducita per eas homines reducantur in bonum virtutis, sed per peccatum non reducitur homo in bonum virtutis, sed in oppositum, ergo &c.

8 IN contrarium est quod dicit Aug. lib. confessionum, iustisti domine, & verē sic est, vt sibi pena sit omnis inordinatus animus, sed inordinatio animi est malum culpe, ergo &c.

9 R E S P O N S I O.